

Adulészens[®] 4

AN. XXXVI • Fasc. 4 • Martius/Aprílis 2020 • Imprimé à Taxe Réduite



» Vita
Romána

Florália, festum veris apud Romános

3

Athlética

Ashima Shiraishj, stella
murális ascensionis

6

Investigátio

Cum adúltus
ero, faciam hoc...

11

Probátio

Qui flos vernus
est tuus?



Óppidum sine viis stratis et sine autocinétis

Potéstne exstáre óppidum carens raedis et viis stratis? Exstat! Vocátur Giethoorn; situm est in Batávia. In hoc oppídulo, in quo sunt 2.600 incolae, tantum pédibus, bírota aut nave vehi licet. Cónditum est anno 1200; domórum tecta sunt palea facta; ipsae domus exstrúctae sunt in parvis ínsulis, quae

170 póntibus sunt coniúctae. Locus est virens. Sunt ibi villae rústicae et óptimae caupónae. Sed praesértim: neque pollútio, neque tumúltus. Naves enim, quae vocántur «electric whisper boat», sunt eléctricae. His de causis Giethoorn eléctum est óppidum totíus Európaе mundíssimum.

Comple senténtias et ínveni cognómen huius loci!

Giethoorn est

1)

2)

d' 3) !

Solutiões sunt página 14.



info@elimagazines.com

www.elilanguagemagazines.com

Summárium

3 Athlética
Ashima Shiraishi,
stella murális
ascensiónis

11 Delectátio mea
praecipua
Mundus arenósus

4 Scholae in
orbe terrárum
Officia

12 Vita Romána
Florália, festum veris
apud Romános

6 Investigátio
Cum adúlтус ero,
faciam hoc...

14 Quo ludo ludémus?

8 Macrocollum
Amphitheátrum
Veronénsis: a
gladiatóribus ad
músicam líricam

16 Tibi comméndo...
Dóminas Románas,
ex imaginibus

10 Probátio
Qui flos vernus est tuus?

Salvété omnes!

Ecce tandem tempus vernum! Nunc frui licet caelo et natúrae pulchritúdine. Mox erit festum Paschále: desecáte chártulas vestras, et míttite eas ad familiáres vestros! Ut solet, hómínes extraordinários conveniémus; hodie, Ashima Shiraishi, quae est ascensiónis peritíssima. Sed etiam res antíguas tractábimus, ut amphitheátrum Veronénsis et Florália. Bene légite, et laetámini!



Gaius



Salvété amíci! Mihi nomen est Grammatica. Hoc mense discétis:

- tempus praesens
- tempus futúrum
- tempus perféctum
- tempus imperféctum
- vocábula et locutiões, quae ad labórem et officia pértinet

PHOTOGRAPHÉMATA: QUOD AD DUPLICATIÓNIS IURA PÉRTINET ÉDITOR PROFITÉTUR SE ESSE PROMPTUM ILLÁRUM IMÁGINUM, QUARUM FONTES REPERÍRE NON LÍCUIT, IURA REPÉNDERE.



Ashima Shiraishi,

stella murális ascensionis

Ecce exéplum fortitúdinis, elegántiae et voluntátis! Ashima spem affert muliéribus quae hanc disciplínam exercére volunt. Féminis omnia patent!

Ashimae beneficio, dícere licet ascensionem féminis non esse rem abscónditam. Hanc athléticam exercére coépit cum esset septem annos nata, Neoeboráci in Viridário Centráli, ubi sunt rupes vocátae «rupes murium». Ab eo témpore, ascénsio pértinet ad eius vitam cottidiánam. Trédecim annos nata, id est máxime iúvenis, iam superávit difficultátem 9a+ dictam, quam paucíssimi athlétae superáre valent. Hodie tantum duodevigínti annos nata est, sed iam habétur, ut scriptum est in diário New York Times, «phaenómenon ascensionis». Patet enim eam numerári inter claríssimos ascensóres omnium témporum, tam feminínos quam masculínos.

In hac disciplína, verum est viros frui brachiis fortióribus. Sed in hac re fortitúdo non súfficit: etiam bona téchnica est necessária. Opórtet pédibus agíliter uti ac vires ita moderáre, ut efféctus sit óptimus.

Ashima Neoeboráci adolévít; nata est die 3 m. Aprílis a. 2001. Eius paréntes sunt Iapónes; in Américam migravérunt anno 1978.



Scitu dignum!

Novistíne Ashimam Shiraishi? Respónde quaestióibus.

- | | V | F |
|--|-----|-----|
| 1 Paréntes eius annis septuagésimis Tokium reliquérunut ut Neoeboráci víverent. | [] | [] |
| 2 Inter Ludos Olýmpicos anni 2020, ascénsio primum fiet disciplína olýmpica. | [] | [] |
| 3 Ashima eo exércuit ascensionem, quod vixit in móntibus. | [] | [] |
| 4 In mundáno campiónátu ascensionis Oenipónti (Innsbruck) in Austria, tria nomísmata reportávit. | [] | [] |
| 5 Pater Ashimae est ártifex, eius mater est vestium delineátrix. | [] | [] |

Solutiões sunt página 14.





vocabula et locutiones, quae
ad laborem et officia pertinent;
tempus praesens

Officia



© Shutterstock



tabellarius



siphonarius



coqus



veterinarius

.....
.....

Scholae in orbe terrarum



médicus



photógraphus



custos públicus



miníster

.....

.....

Salvete amici!
Nos quattuor sumus Croátae,
omnes in eadem classe. Schola nostra sita
est Zagrábiae, in Croátiae urbe cápite. Linguae
Latinae magno gaudio studemus. Magíster
noster vocátur Robértus; est vir iucundíssimus.
Cum eo semper nova quáerimus! Hodie una
lóquimur de officiis.



urinátor

.....

.....



gubernátor



faber lignárius



plumbárius

.....

.....



piscátor

.....

.....

Unusquisque suam rem agit.

A

**Consócia verba temporália
cum officiis et cóniuge ea
témptore praesénti.**

indúere - comprehéndere -
curáre - extrúere - gubernáre -
extínguere - piscári - sanáre -
photographáre - ministráre -
portáre - refícere - cóquere

B

**Nunc huic exercitatióni adde
compleméntum.**

Exémplum: tabellárius epístulam portat.

placénta - aegrótus - natúra - pólypus - incéndium -
helicópterum - epístula - vitrum urinatórium -
animália - fur - armárium - tubi - hólera

Solutiões sunt página 14.



Cum adúltus ero, faciam hoc...

Quod officium tibi placet? Fortásse eris médicus, veterinárius, custos públicus... haec sunt múnera notíssima. Sed alia sunt, multo minus nota. Quae sunt haec múnera? Videámus hoc una!



Affer quaeso pittam aquáticam!

In Flórida, in América septentrionali, est deversórium submarínium. Cum hóspites huius deversórii esúriunt, petunt pittam sive placéntam Neapolitánam, quae inter duos fluctus ministrátur sápida et cálida. Et qui est mínister? Urinátor! Qui pittas sub aqua portat in capsá hydrófuga.



Ii qui ludos visíficos amant

Amásne ludos visíficos? Tum fortásse is fieri póteris, qui eos experítur! Qui vir aut fémina ínspicit utrum ludus bene operétur necne: difficultátes errorésque détegit et córrigit, mutatiónes propónit.



Piscátor birotárum

Amstelodámi, in Batávia, non tantum pisces inveniuntur in canálibus! Sed etiam bírotae... Ibi ergo labórant birotárum piscatóres. Hi scapha peculiári utúntur et bírotas éxtrahunt, quae in aquam decidérunt. Etiam pantopoliórum currus aut autocinéta piscántur!



Piscátor pilárum pilamálli!

In América septentrionáli, quotánnis trecénta milia pilárum pilamálli proiciúntur in aquam maris aut lacuum. Quámobrem piscatóres singuláres eas exquíunt. Óptimi eórum possunt quattuor milia pilárum uno die inveníre! Est tamen labor diffícilis, nam ibi in aqua sunt multae bestiae, ut serpétes et alligatóres. Volésne tu hoc fácere?



© Shutterstock

Suntne alia mira officia tibi nota? Quae?

.....

.....


.....

.....

.....

.....

Amphitheatrum Veronénse: a gladiatōribus ad mūsicam lýricam



Verónae, in platea Bra', situm est amplíssimum amphitheátrum, urbis insígne. Quod pértinet ad amplitúdinem, tertium est post amphitheátrum Flaviium Romae et amphitheátrum Capuánum. Aedificátum est primo saéculo post Christum natum. Accípere póterat vigínti duo milia spectatórum. Inítio erant tres graduum órdenes, sed duodécimo saéculo supérior ordo propter terrae motum corruit.

Ibi per quattuor saecula facta sunt gladiatorum certamina. Postquam imperátor Honórius eórum pugnas vetuit, amphitheátrum, inútile factum, diu derelíctum est. Sexto décimo

saeculo hoc monuméntum íterum aestimátum est et paulátim reféctum. Nostris tempóribus, est máximum theátrum lýricum totíus orbis terrárum, saltem sub divo. Hoc loco, ubi sonus mirífice audítur, exhibéntur magna ópera lýrica et theatrália.

Singuláritas

Singulis annis, témpore Natalício, ab amphitheátro usque ad plateam erígatur ingens stella. Haec stella octogínta tonnárum, sexagínta metra alta, octogínta duo metra longa, est admiratióne digna!



Qui flos vernus est tuus?



1

Verno tēpore, tu es...

- a plenus energiá
- b fatigátus
- c tranquíllus et natúra conténtus



2

Quod donum tibi placet:

- a parva res modérna
- b pulcher liber
- c socoláta



3

Magni facis...

- a libertátem
- b famíliam
- c amicítiam

4

Quid dulce tibi placet:

- a cramum gélidum
- b crústulum caseo factum
- c crústulum socoláta factum



5

Tuus ridéndi modus osténdit...

- a sinceritátem tuam
- b timiditátem tuam
- c iucunditátem tuam



6

Amíci dicunt te esse...

- a voluntárium
- b sincérum
- c doctum



leucanthémum



caméllia



iasmínium



Respónsa

Si plerūque respondisti A:
 Tu es sicut caméllia: pura energiá! Omnia geris sine ulla dubitatōne. Sicut caméllia, quae est signum fortitudinis, exemplum praebes ceteris. Insuper, es puer aut puella iucunda, et haec est magna virtus!

Si plerūque respondisti B:
 Tu es sicut leucanthémum: affábilis cum ómnibus! Es puer aut puella plácida, tranquilla, nonnūquam tímida. Interior pulchritudo tua paulatim osténditur, sicut feri solet in rebus delicatís et pretiosis.

Si plerūque respondisti C:
 Tu es sicut iasminum: omnia tibi sunt felicia et iucunda! Es etiam humilis, et humilitas est magna virtus. Sed etiam, sicut iasminum, tu es elegantíae exemplum. Re vera, cum hominibus communicáre scis!



Mundus arenosus

Salvete! Praenomen meum est Adelheid, sed amici mei me vocant Heidi.

Batava sum et vivo in oppido nomine Hoorn, ad litus maris Germanici, haud longe ab urbe capite Amstelodamo, quam tramine ferriviario petere possumus intra semihoram. Mare multum amo. Cum parvula essem et mihi taedio esset ad litus sedere, ludere coepi cum arena. Castella arenosa exstruebam ut omnes pueri facere solent, sed nunc peritissima facta sum, et veras sculpturas conficere scio. Una cum amica mea Aby, aliquando participabimus mundanum certamen sculpturarum arenosarum. Hoc iam diu somniabamus et somniamus! Oportebit adhibere tempus, exercitacionem et voluntatem, sed vincemus!



Quid est in arena?

Scribe vocabula recto loco.

palma - vitrum urinatorium - medusozoum - navis - castellum arenosum - fluctus - stella marina - squalus - pharus - ancora - insula - palma - thorax salvatorius - piscis - tabula velifera



1



2



3



4



5



6



7



8



9



10



11



12



13



14



15

Solutiones sunt pagina 14.



Vita Romána

Florália, festum veris apud Romános

Festum Florae erat signum veris ineúntis. Non statim celebrátum est die certo. Dies tum demum statuebátur, cum hiems et

frigus ad finem perveníre videbátur. Ab anno 238 a.Chr.n., festum institútum est inter diem 28 m. Aprílis et 3 m. Maii.

A pulchérissima dea Flora, quae gemmas protegébat, petebátur bona messis, animálium fertílitas, frugífera natúra et bona tempéstatas.

Quo modo celebrabántur Florália?

Florália, sive Ludi Floráles, celebrabántur témpore quo natúra expérgefit. Magna tunc erat laetítia. Viri sarta florum ponébant in cápite; féminae induébant vestes colorátas, quibus imitabántur flores campórum et hortórum. Fiébant saltatiónes, épulae, ludi, spectácula mimórum et scaenae cómicae, in quibus etiam féminae recitábant.



Post spectácula theátrica, Romae, festum transferebátur in Circum Máximum. Fiébant venatiónes animálium domesticórum, ut caprárum, léporum aliorúmque animálium. Etiam sémina spargébant, ut omnia essent propítia.

Scitu dignum

Caesar statuit veris aequinóctium fieri die 25 m. Martii. Veris aequinóctium habebátur ut primus anni dies, cum terra renascerétur et lucis horae fierent longióres.



Quo ludo ludémus?

Ludus ánseris


Sume aleam. Fam mitte, respónde quaestiónibus et metam atínge ante condiscípulos!

Ludi régulae

Scalae: ascénde et lóculos praetermítte!

Lóculi rubri: omíte vicem.

Lóculi aurantiaci: i retro, duóbus lóculis.



Legistíne **Adulescéntem?**
Tum lude nobíscum!

- 1 Dic nomen quinqúe officiórum.
- 2 Élige duo verba temporália de officiis et cóniuge ea témpore imperfécto.
- 3 Quae est Flora?
- 4 Quid agit tabellárius?
- 5 Ubi situm est amphitheátrum Flavium?
- 6 Quid agit Ashima Shirashi ? Cóniuge hoc témpore praesénti.
- 7 Quid fit verro témpore?
- 8 Adelheid et Aby participáre volunt...
- 9 Quid est veris aequinóctium?
- 10 Quid agit veterinárius?
- 11 Quid fit in amphitheátro?
- 12 Quando celebrabántur Florália?
- 13 Suntne autocinéta in óppido Giethoorn?
- 14 Índica duas res, quas piscári licet Amstelodámi.
- 15 Índica tres res apud mare útiles.
- 16 Dic nomen dúorum animálium, quae in aqua inveniúntur.
- 17 Opta bonum festum Paschále cuidam condiscípulo.
- 18 Describe vestes feminárum inter Ludos Floráles.

Solutiónes sunt hic infra.

Solutiónes

P. 2: 1) Venétiæ, 2) vrides, 3) Batáviæ. **P. 3:** Iverum, 2verum, 3alsum, 4verum, 5verum. **P. 4-5:** **A:** 1 portat, 2 exstinguit, 3 coquit, 4 curat, 5 sanat, 6 photographat, 7 comprehendit, 8 ministrat, 9 induit, 10 gubernat, 11 exstruit, 12 reficit, 13 piscátur. **B:** 1 epístulam, 2 incéndium, 3 hólera, 4 animália, 5 aegrotum, 6 natúram, 7 furem, 8 placéntam, 9 vitrum urinatórum, 10 helicóptérum, 11 armárium, 12 tubos, 13 pólypum. **P. 6-7:** respónsum liberum. **P. 11:** 1 insula, 2 fluctus, 3 palma, 4 thorax salvatórus, 5 piscis, 6 tabula libera. **P. 14:** respónsa



Disce iucúnde!

English



gradus initialis

primus gradus

secúndus gradus

tértius gradus

quartus gradus

Français



gradus initialis

primus gradus

secúndus gradus

tértius gradus

quartus gradus

Lingua latina



primus gradus

Italiano



gradus initialis

primus gradus

secúndus gradus

tértius gradus

quartus gradus

quintus gradus

РУССКИЙ ЯЗЫК



tértius gradus

Español



gradus initialis

primus gradus

secúndus gradus

tértius gradus

quartus gradus

Deutsch



primus gradus

secúndus gradus

tértius gradus


quartus gradus

Periódica lingüística ELI

www.elilanguagemagazines.com

Tibi comméndo...

Dóminas, Románas, ex imaginibus



Feminína
imágo
Romána,
saltem pública,
primum appáruit
anno 35 a.Chr.n., cum
imperátor Augústus
soróri Octáviae et uxóri
Liviae licéntiam dedit sibi
statuam fingéndi.

Inítio fuit privilégium Augustárum, id est
dominárum famíliae imperiális, quae divae factae
erant cum cultu público. Témpore rei públicae, patríciae
imaginibus privátim fingebantur. Dícere licet hoc fuísse
signum maióris mulierum libertátis et melióriis condiciónis
inter viros illús aetátis.

Imágo, primum sculpta, deínde picta, non necessarió
erat dóminae símilis, sed ostendébat summam
pulchritúdinem. Forma, pulchritúdo, venús-
tas erat respiciénda. Hoc modo expri-
mebátur virtus, praecípue virtus
bonae matris et exímiae uxóris.
Sic tradebantur Impérii institúta et
exémpla. Spectatóres invitabantur
ut sequeréntur exémplum huius
nóbilis dóminae. Inde dícere licet
imáginem etiam fuísse praecónium
quoddam políticum.

